

civitas in terverso ductu vi torrentis amiserat, | perforato monte, instituto etiam a solo novo ductu, Severinius Apronianus v. p. p. p. N., | pat. col.¹, restituit, cur. Aelio Rufo v. e., fl. pp., cur. r. p.

Lambaei in nymphaeo, deinde in praetorio (VIII 2661 vidit Wilmanns). — 1) *Vir perfectissimus praeses provinciae Numidiae, patronus coloniae.*

5789 quod pro beatitudine temporum splendidae coloniae Constantinae felicitas | requirebat, salvis ddd. nnn. | piis felicibus victoribus ac | triumfatoribus semp[er] | Auggg.¹, fistulam, quae ex | elemento caelesti totius | anni substantiam vitae | adquae usui populi provisa aquae copia summ[i]nistrat, formavit, conplevit aquae, dedicavit | Caecina Decius Albinus | iunior v. c., consularis s. f. | p. N.³ Constantinae, cu|rante Ecdicio sacerdotale⁴.

Cirtae rep. a. 1865, mox periit (VIII 7054 ab uno tantum, sed accurate descripta). — 1) *Significatur unum ex collegiis ternorum Augustorum exeuntis saeculi p. Chr. quarti, fortasse Valentinianus iunior cum Theodosio et Arcadio (a. 385—392; cf. supra N. 785).* — 2) *Videtur is qui praefectus urbi fuit a. 402; cf. supra N. 796 not.* — 3) *Cf. supra N. 5555 not. 2; N. 5910.* — 4) *Sc. provinciae.*

5790 salvis dd. nn. n[n.]¹ | Theodosio et Placido Valentiniano s[emper Augg.]²

subductos olim latices patrieque nega[tos] |

restituit populis puro Flaviolus am[ne]. |

Cu[ra]nte | Valerio Euhodio principale ac | primore eiusdem urbis.

Pulae in Sardinia, ubi fuit Nora, iam Cagliari (X 7542 vidit Mommsen). — 1) *Allerum no. abundat.* — 2) *A. 425—450.*

5791 castellum¹ aquae Claudio regioni pr[imae]² | dispositio³ dedit et usui tradidit iussu⁴ | rationis Augustae dd. nn. Valentini[ani] | et Valentis victorum⁵ | Gai Caeioni Rufi Volusiani v. c., ex pra[ef. praet.], | praef. urbi⁶, iudicis iter. sacrar. cogn[itionum], | curante Eustochio v. c., consu[l]are aquar[um].

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 3866 cf. Eph. ep. 4, 845 vidit Henzen). — 1) *Castellarium aquae Claudio habes supra N. 1613, castellarium aquae Anionis veteris N. 1974.* — 2) *De aqua Claudio in regionem primam urbis perducta cf. Lanciani le acque p. 437 seq.* — 3) *Huc trahendum nomen praefecti quod sequitur Gai Caeioni Rufi Volusiani.* — 4) *Similiter supra N. 755. 762 iussil imperator, dispositus praefectus praetorio vel magister militiae, curavit magistratus ipsi rei praepositus. Cf. etiam N. 773. 775.* — 5) *Parum apte haec collocata; id quod videtur animadvertisse ipse quadratarius, ideoque spatium vacuum reliquise.* — 6) *Volusianus praefectus urbi fuit a. 365, cod. Theod. 8, 5, 22 cet. (cf. Seeck ad Symmachum praef. p. CLXXVIII).*

5792 ractio. | [A]... [ad] castellum ped. CX. Af|..... lum-serebra¹ et² castellum | [ped.] ... ፭፭፭፭ CCCXX³. Ab castello ad co|..... lum ad vinias Anchiariorum ped. | [Af vin]ieis Anchiarum (sic) ad castellum qui | ias Pacianas p. CCCXX. Af vinieis |